



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

V. Vtrum Confessio secreta peccatorum exemplum & testimonium habeat
in Scripturis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

mus, cur tam sint iniqui huic Confessione secreta, qua sine, is thesaurus non percipitur, & tam grauis censura incurritur.

Habentne Confessio Secreta peccatorum exemplum, & testimonium in Scripturis.

Quaestio V.

HIC nullis certabimus argumentis cum contentiosis, sed tantum opponemus eis auctoritatem magni illius Basilij, quae apud omnes Catholicos haecenus fuit sacrosancta. Is cum Sacerdotibus confitendum esse asseruisset, assertionem suam exemplis, & testimonio Scripturae confirmat: Sic, inquit, & hi, qui antiquitus poenitebant, inueniuntur apud sanctos confessi esse peccata sua: Scriptum est enim in Euangelio; Quia Ioanni Baptistae confitebantur populi peccata sua: Et in Actibus Apostolorum, Apostolis hi, qui baptizabantur. Haec ille.

Responsio.
Bas. in reg.
Monach.
cap. 21.

Marc. 3.
Act. 19.

Sillex DEI est, auricularis Confessio; quae ausus est Nectarius Constantinopoli eam refigere ac conuellere?

Quaestio VI.

Refert quidem Sozomenus Episcoporum constitutione vnum esse presbyteris peculiariter destinatum fuisse, ad quem accedentes hi, qui deliquerant, delicta propria fatebantur.

Responsio.